15

principatus. de quibus lacius diximus in libro quem nup edidimus de monarchia et origine et differencia principatus. et iterum in libro defensorum status ecclesiastici quarto tractatu.

¶ Capitulum secundum de infelicitate status imperialis et regalis / et plurimis curis: oneribus et miseriis: calamitatibus atque incommodis illius et que reges et principes comitantur / et tandem de innumeris periculis principantium.

Vera semp illa sapiētis sentencia fuit. quia maiore studio miseriarum causas: et dolorum alimēta quam vitam conquirimus / Atque audius ea investigamus et persequimus quibus more pile huc atque illuc iactamur: quam ea que plenissimam securitatem et verā felicitatē tribuunt / quod certe nulli animantium preter homini accidit / Illa enim non iudicio racionis: sed nature instinctu vtilia eligūt / Nos vero ingenio et animi acumine vigentes: blanda quadā atque fallaci aura ridente falso iudicamus. putantes id esse beatū: id perpetuū: quod facile ruit / Nec movemur quia assiduo conspicimus quosdam: quos sicut levis fortune risus attollit: sic levis illico fletus deicit vt recte de eis dicere possimus cū propheta. deiecisti eos


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG